

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection](#)[Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection](#)[Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII](#)[Item](#)[Mythologia, Venise, 1567 - VI, 08 : De Iasone](#)

## Mythologia, Venise, 1567 - VI, 08 : De Iasone

**Auteur(s) : Conti, Natale**

,"author\_name\_items":"Auteur(s)","author\_size\_items":"16px","title\_size\_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider(); /\* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.\_\_jsonld); }); \*/ }, false);

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[69\] : De Iasone](#)

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VI**

[Mythologia, Francfort, 1581 - VI, 08 : De Iasone](#) est une version augmentée de ce document

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VI**

[Mythologie, Paris, 1627 - VI, 09 : De Jason](#) est une transformation de ce document

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VI**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VI, 08 : De Jason](#) est une transformation de ce document

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

& calamitates & miserie omnes enim improbi infelices. ea de causa Medea denique in desperationem adducta, ita secum præteriorum scelerum magnitudinem, & futura ex illis pericula ratiocinatur, ut est apud Senecam Tragicum;

At quo remittis? Phasis & Colchos petam,  
Patriomque regnum, quæque fraternus crux  
Perfudit arna, quas peti terras iubes?  
Quæ maria monstra? Pontici fauces freti?  
Per quas reuexi nobiles Regum manus,  
Adulterum secuta per Symplegades.  
Paruam ne Iolcon, Thessala an Tempe petam?  
Quascunque aperui tibi vias, clausi mihi.

10

Est enim, ut diximus, omnium difficultissimum sceleratum hominem esse diu fons licet. Sed siue consilium prudentissimum Medea sit, siue malefica mulier, per eius fabulam nos antiqui ad probitatem, & ad integratatem instituere conabantur. cum vero in patriam reversa fuisset, patriaque regnum recuperasset, ibi honores diuinos illi instituerunt indigenæ, quibus interesse hominibus iure sacrificiorum non licebat, ut scripsit Scaphylus, ob eas iniurias, quas à Ialone accepérat: at neque templum vel tempore ingredi. ac nunc de Ialone dicamus.

20

De Iason.

Cap. VIII.

**P**er necessarium mihi videtur, antequam Iasonis res gestas commemorare, exordium eius stirpis altius repetere, ac recensere quibus causis commotus cum lexitissimis Greciæ heroi bus ad externos homines, & longinquæ nationes nauigari, eosque labores pertulerit, qui vel auditu sunt non mediocriter formidabiles. Ita vero se res habet, sicuti Pherecydes sensit; Tyrrho filia fuit Salmonei & Alcidices à Cretheo educata fratre Salmonei. Hac ubi Neptunus compressisset geminos peperit filios Peliam & Neleum, 30 quos nouerca poterat matris in armamentorum stabulo exposuit, illi cum adeiuissent matrem cognoverunt, matrisq; novercam in Iunonis fanum fugientem trucidarunt. Tum Neleus exorta dissensione cum Pelia Messanam contendit, ibique Pylym condidit: at Pelias in Thessaliam Acastum, & Pëlopiam & Hippothoen, & Pisidem, & Alcestem ex Anaxibia Biantis filia, sive, ut alii maluerunt, ex Philomache Amphionis, suscepit. Cretheus Aeoli filius ubi Iolcam condidisset Aesonem, Amythaonem, ac Pheretem è Tyrrho procreauit: post quem Cretheum Pelias Iolchi imperauit, cui responsum fuerat ab oraculo quod manu coiudam ab Aeolo oriundi erat interimendus. Erat autem vnu ex iis Iason Aesonis filius, & Polymedæ filius Autolyci. ut 40 igitur omnes Aeolidae Pelias de medio tolleret, voluit Iasonem etiam vnu ex genere Aeolidarum occidere, cum esset adhuc infans. Id sentientes Iasonis propinquæ noctem obscurissimam obserantes opertum, & in area clausum tanquam mortuum efficerunt, & in antrum Chironis deportarunt, dede- runtque illi educandum & erudiendum. verum cum adoleuisset Iason, à Chironeque medendi artem didicisset, Iason vocatus fuit. Exiuit igitur cum adoleuisset ex illo antrœ, & terram aravit apud Anaurum fluvium, ut sic Apollonius in Argonaut, rursus aliud responsum renouatū est Pelias. ut sibi

Yy a caueret

## Mythologiz

caueret ab illo, quem altero pede nudo conspexisset : deinde sacra Neptuno  
instituens Pelias vniuersos suos ad sacrificia conuocauit : quo etiam Iason  
cum venire in traiicendo Anauro fluvio alterum calceum in limo amisi,  
qui ita visus à Pelia interrogatur , quid faceres si tibi responsum esset te à  
quopiam interfectum ici ? cui respondit Iason de Iunonis consilio, illum in-  
quit ad aureum vellus recuperandum mittearem . erat autem vellus aureum  
pellis arietis, qui Phrixum in Colchidem portauerat, quem ille, ut fama est,  
Ioui fugae fauenti Phyxio cognomine, immolauit ; & pellem arbori cuidam  
in Iuco Martis apud Colchos suspendit. Seruabae hanc pellem draco ma-  
gnitudine nauis, que à quinquaginta remis agitur , qui nunquam somno  
capiebatur . Pelias igitur iuxta Iasonis responsum Iasonem ipsum vellus  
aureum iubet ad se afferre . Tum Iason nauim, diuino Palladis consilio fa-  
bricatam, malumque loquacem habentem è Dodonea queret, concendit,  
& cum quadraginta & nouem lectissimis viris in Colchidem nauigauit . Scri-  
ptum reliquit Damagerus quod Pelias tenuibus clavis configi nauim iusse-  
rit, quod tamen Argus natus artifex minime fecit , ut ea citius periret . at  
vero illorum, qui Iasonem in Colchidem secuti sunt, ista sunt nomina : Os-  
pheus, Asterio, Iphiclus Aesonis, Admetus, Erytus, Echionque Mercurii fi-  
lii . Aethalides, Coronus, Mopsus, Odeus, Eurytio, Eribotes, Theseus &  
20 Pirithous, Hercules & Hylas, Castor & Pollux, Canthus, Areius, Phale-  
tus, Amphidamas, Augeas Solis filius, Amphion, Nauplius, Idmon, Bian-  
tus, Tiphys, Butes, Talaus, Leodocus, Idas, Asterius, Polyphebus, Lyn-  
ceus, Cepheus, Periclymenus, Anceus, Iphiclus Theseiades, Laocoön, Oi-  
leus, Iphitus Euryti, Clytius, Erginus, Ancaeus Neptuni, Palmonius, Me-  
leager, Iphitus Phoenicis, Acastus, duo Borei filii Zetes & Calais . fama  
est Iasonem cum ad Syrtim Libyz applicuisse, templū ibi condidisse, quod  
Herculi postea fuit consecratum , cum ibi certamina quædam celebrassent  
Argonautæ , in quibus victor Hercules fuit declaratus . Deinde cum nauigare ob  
30 Syrtium naturam non possent, dicuntur Argonautæ nauim Argo  
supra humeros per spatum duodecim dierum per Libyz deferta compotiale-  
te, donec die duodecimo rursus mare inuenientes illam deiecerunt. non de-  
fuerunt qui post deiectionem nauim certamen & templum institutum dicant, ut  
sensit Iasius . vbi demum superatis omnibus difficultatibus Iason in Scy-  
thiam ad Aeetam Colchorum regem peruenisset, perbenigne à Phixi fi-  
liis fuit acceptus, atque cum illis ad Aeetam contendit . alii dicunt primum  
benigne & comiter acceptum fuisse Iasonem ab Aeeta, alii non satis late vul-  
tu . deinde cum Iason, aureum vellus nomine Pelia, cuius id antea fuisse di-  
cebat, & per dolum surreptum, repeteret, visus est Aeeta exquo animo peti-  
tionem tulisse, ut quidam dixerunt, alii dicunt iratum Aeetam respondisse  
40 Iasoni se, quod peteret, tum demum concessurum, cù tauros ignem è nari-  
bus eslances & xripedes domuisse, draconis custodis eius velleris dentes fe-  
minasset, nascentesque homines armatos, ex illis dentibus cecidisset. alii di-  
xerunt ipsum Aeetam illos dentes habuisse à Pallade sibi dono datos, cum  
aliòs in agro Thebanò Cadmus olim seuisset . At Medea Aeetæ filia Iasonis  
desiderio capta illi vnguentum dedit, quo incolomis ab igne taurorum  
seruaretur, noctuque draconem per quædam pharmaca sopito aureum vellus  
ad Iasonem detulit unaque fratre Absynto arrepto è Colchis cum Argonau-  
tis nauigauit . alii dicunt Iasonem Medeæ consilio & ope illa omnia peti-  
la fu-

la superasit, mox in patriam revertisse, quam navigationē duobus mensibus absoluisse ferunt. Erant autem Colchi Lazi etiam vocati, ut ait Isacius, ex Aegyptiorum colonia, qui non procul ab Abasgis siue Maesageris vocatis habebant, dicebanturque nunc Colchi, nunc Scytha, nunc Alani, nunc Leucosyri, atque iuxta Phasim fluuum in Asia parte incoluerunt. est autem & alia Scythia Europa, que Mxotidi & Tanai finitima est, interque Scythiae populos nonnulli Alanos etiam numerarunt, ubi ingressus est in Hyrcaniam & in Caspiorum regionem. Alii longe diversam causam, cur Iason ad aureum vellus missus sit, reculerunt; inter quos fuit Hecatetus. Dicunt enim quod cum Iason ex antro Chironis exiueret, & a patre coniunctisque affinitate cognitus fuisse in coniuvium solenne fuit acceptus. Deinde cum magno tumultu ad Peliam regnum suorum maiorum repetens contendit: Pelias se redditum pollicetur, si prius in Colchidem abeat, Phrixique animam cer, ut legitimū erat, aduocet: se enim nocturnis terribi visionibus inquiens ob Phrixum. Nam si eō accesseris inquit, & illud feceris, ac vellus aureum attuleris, ego iam senior tibi inueni regni onus concedā, quare Iason his legibus acceptis eō cōtēdit, ut diximus. Hęc illa sunt, ut summātum dicā, q̄ de Iasonē mēmorię prodita sunt ab antiquis. Pherecydes Alcimeden Phylaci filiam Iasonis matrem fuisse scripsit. Herodorus ait Iasonem fuisse filium Polypheμē Autolyci filię. At Andronis fuit sententia quod Thragone Laodice lilia mater fuerit ipsius Iasonis. Stefichorus Eteoclymenes, Demetrios Scepius Rhæsus, alii Polymedę filium putarunt, omnes tamen Aesonem patrem illi tribuerunt. Navigationis difficultates, & res ab Argonautis in itinere gestas complexus est Apollonius in Argonau. At pericula et labores, qui capturo vellus aureum proponebantur, ita re- censuit breuiter Medea apud Euripidem;

Γεραῖς, δέ ιασονίς οὐλένης λευ  
τοτής ευνόθεας ἀργάντες οὐάριοι,  
π. πόλεων ταῦτα τούτοις λαζαρούς  
ζεύδης, μεγάρα θανάτους γένεται,  
ἀριστεράς, δέ οὐαράρης λαζαρούς ήπας.  
ταῦτα τούτα τολεμάτεις ζώνει τ. ,  
κτάνεις, εὐργετεῖς φάσι οὐαράρης.

Seruatus es per me, velut sciunt ratem  
Quicunq; descendere tecum Argoam: ubi  
Tauris lubebaris iugum spirantibus  
Ignem imposuisse: seminare & horridi  
Dentes draconis, vellus illud aureum  
Seruantis, insomnisq; ; qui circundat id  
Spiris: ego occidi, tibi lucem dedi  
Ilam salubrem.

Quam rem tamen brevius etiam ita complexus est Virg. lib. 1. Georg.

Hęc loca non rauri spirantes naribus ignem  
Inuertere, satis immanis dentibus hydri.

Nec galeis, densisq; virum seges horruit hastis.

Vbi hęc omnia superasit Iason Medeę confilio domum cum vellere aureo reuertitur, ac Medeam secum abducit, quę post cędem parentū Iasonis, omnes suas fraudes ad viciscendos illos Ialoni monitu conuertit, sua sitque filiabus

## Mythologiae

siabuſ Peliz, vt diximus, ve patrem fruſtra querentem ingularent cum ſe illum iuuenem facturam, ſicut agnum fecerat, promiſſeret. Fuerunt qui dixerint Iafonem quoq; ſenectutem ab ipſa Medea coctum iuuentuti fuille reſtitutum, vt ſcripſit Pherecydes, & Simonides poeta, & Lycophron. Quod Aefon præterea Iafonis pater fuit à Medea coctus, & iuuentuti reſtitutus, ita ſcripſit is poeta qui Reditus compoſuit;

10

adīas' alētā dīas qīas nōpē abētā,  
Tēpā dātīas' dīas nōpē abētā,  
dīpēn' tīas' lātē i si xpērīas abētā  
Tūm quoque pubēscē iuuenis fit protinus Aefon.  
Ipſa ſenectutem ſtudio detergere nouit,  
Pharmacē vbi coxit permīta lebetibus aoreis.

20

Aechylus in Bacchi nutribus, nutrices ipſas Bacchi vna cum viris illis coctas fuille inquit, & ita ab eadem iuuentuti reſtitutas. Habuit Iafon filiam Atalantam quz Milionionl nupſit; & Apin, & Eunum, & Philomelum, ac Thoantem. Scriptum fuit à Staphylo Iafonem Medex conſilio deniq; occidisse; hęc enim illi nescio quo pacto persuasit, vt ſub puppe nauis Argus dormiret, quam illa ſciebat breui ſolutum iri, qua denique ſupra Iafonem delapsa ille occiſus eft. Fuerunt multis in locis templa Iafoni obſtruuntatem erēta, ſed apud Abderam p̄cipue eximia religione colebatur, cui templum à Parmenione fuit magnifico opere, & exciſis lapidib⁹ extructum.

30

Hęc illa fuit quz p̄xelarę & gloriocę ab Iafone gelta dicuntur, quz omniū prop̄ poetarum p̄coniis fuerunt celebrata, cum tamen illa navigatione breuifima fuerit, neque cum nauigationibus noſtrę tempeſtatis comparanda, neque cum illis p̄cipue quz fiunt ab Hispanis, in eam longinguam partem terre nuper reperit. Fuerunt etiam qui res in Iafonis navigatione geltas, corporum chemicorum mutationes, & aureum vellus denique poſt tot labores caput, lapidem vocatum philosphorum eſſe arbitrentur, qui fit de-

40

nique poſt tot eorum corporum mutationes. alii Iafonem vextum per mare Ponticum cum Argonautis ad aureum vellus in Colchicam regionem, Medeamque Aeete filiam asportasse, non poeticē dictum exſtimarunt; ſed librum aureū vellus fuille dicunt, cōtextum ex arietum pelliibus, in quo ſcripturn erat quo pacto per chemiam poſſet aurum fieri, inter quos fuit Spidas. Atque vellus aureum pelle arietis, in qua continebatur auti faciendi ratio, iure vocatam fuille putarunt. Atqui te ipſa ridiculum eſt tauros inuenitos vñquam fuille, qui flamas ē naribus expirarent, aut ē dentibus ferma tis non ſolum homines, ſed etiam arma illis conuenientia aliquando fuille nata, aut arietem vñquam fuille natum, cuius aurum pro pillis tonderetur.

50

Quis hęc vñquam vifa fuille homo ſanx mentis crediderit? verum cum ſapiētes antiqui philosphiam partim ne in vulgus rude manaret, partim ut ſapienzia p̄ceperat cum ſuuitate & rerum admirabilium admiratione imbiberentur, naturę aut disciplinę ſecreta ſub variis fabularum ſigmentis occultarunt, non minus quām Aegyptii ſub Hieroclyphis ſcientiam, rerumque ſacerdarum diſciplinam tradiderunt. Eſt enim omnibus prop̄ inſitum vel res p̄fiantifimas, quarum facilis facultas concedatur, paruifacere; at quo nō eis diſculperet. & cum magnis laboribus acquireti poſſunt, mitis laudibus extollete, & ut clarissimas admirari. in hoc vitium, qui non labatur cum vulgo, non poſteſt eſſe vir mediocris iudicii. Dicitur igitur fuille Iafon filius

Alci-

Alcimedes & Aesonis, vel, ut alii putarunt, Polymedæ, vel Rhius, & i Cœtaurorum iustissimo Chirone educatus, artemque medendi ab illo edoctus; cuius vel matrum omnium nomina consilium significant. Aeson è stirpe Nepruni editus, quid aliud est, nisi prudentia è variis negotiis ac difficultatibus, quæ tanquam materia prudentiae subiiciuntur? nam ex illis, & ex consilio exoritur ac sit prudentia. Didicit medendi artem à Chirone, unde nomen obtinuit; nam *læsion* ars est Medendi. Quis tamen remedium aliquod morbi datum fuisse ab Iasoni vili laboranti accepit? nō enim chirurgus fuit Iason; neque vir iustissimus & sa pientissimus Chirone putandus est potius corporis, quam animi curam, quæ viro bono conueniat, Iasonem docuisse. Quod si animi curam illum docuit, quid est per Deos immortales quod magis viro bono conueniat, quam prudentia? Ego sane ita censeo, Iasonem in virtutem fortuna qua animi moderatione ut conueniat à Chirone didicisse, quod antidotum sit aduersus volupates impuras, quæ animi temperantia ira placanda sit, quæ arte superanda auaritia, protervæta libido, ambitio ex animo eiicienda, cum illa sit omnium monitionum turpisima, vitiorumq; maxima. His preceptis instructus Iason dictus est periculosa & formidabilia monstra prudenter Diis adiuvantibus, aut certè Deorum ministris consulentiibus incolumis præteriisse, & in Colchidem profectus cauros igniuomos ac xripedes dominisse, que nihil aliud quam animi pertinacia & ira putanda sunt. Qui enim non ratione, animique constantia dicitur, is aut leuis est ingenii, aut pro constantia pertinaciam sequitur, & inanem arroganciam. Hos animorum affectus, rationi, medicinæque animi subiictere, quid aliud est, quam cauros illos igniuomos vincere, & in natos homines cum armis è draconis dentibus furorem à se depellere? aut quid aliud est spacio sum draconem Medæ auxilio consopire, quam inuidiam sapienter consilio mentis frenare? Sit enim ipsa Medæ confiditum. Hic eius ope aureum vellus in patriam reportauit, Deisque dicauit, vel, ut aliis placuit, Felix obtrulit: cum maximè fugienda sit auaritia, & iustitia complectenda. Maximè vero omnium colenda est Deorum immortalium religio, quod principiū est virtutum & omnis felicitatis: postea colendi sunt Reges ac nationum principes, quibus non sine Dei voluntate concessa est in homines potestas, si modo sint viri boni & iusti. Atque, ut summatim dicam, nauigationem Iasonis, quā quidam ad historiam, quidam ad chemicam artem decorquent, nulla alia de causa celebrarunt antiqui, nisi quia significare voluerunt humanam vitam multis vndeque difficultatibus vexari, necessaque esse viro bono medicinam consilii animo adhibere, ut intrepidus ad omnes motus, & ad omnes fortunæ vicissitudines perficatur. Neque tamen me illud præterit alios suisce, inter quos Dercylus, qui Argonautas ad vellus aureum, sive ad Scytharū opulentiam diripiendam, nauigasse putarint: (semper enim opes tanquam umbra sequitur inuidia, omniaque bella prope prædictæ gratia te ipsa, verbo iniurie viciscendo suscipiantur.) quippe cum non procul à Caucaso monte torrentes quidam aurum deserre dicerentur, quod tabulis perforatis ac lanois pellibus Scythis excipere mos fuit, ut ait Strabo lib. xi. Ad hæc loca nauigantibus è Thessalia multi scopuli, multæque difficultates, ac propè insuperabiles, ut propter imperitis adhuc nauigandi hominibus, proposebantur quare illa tam multa formidanda fixerunt. Sed de Iasoni satis, nunc de Phrixo dicamus.

De